


ORTHOGRAPHIA

PRÆCIPVÆ DOMVS ARCS VRANIBVRGI IN  
INSVLA PORTHMI DANICI VENVSIA Vulgo HVENNA, ASTRONOMIE  
INSTAVRANDÆ GRATIA CIRCA ANNVM 1586, à TYCHONE BRA.  
HE EXÆDIFICATA.

ORTHOGRAPHIA


PRAECIPVÆ DOMVS  
INSVLA PORTHMI DANKI  
dæ gratia circa annum 1586  
exadi-

ARCIS VRANIBVRGI IN  
HVENNA Astronomia instauran-  
a TYCHONE BRA HE  
fuita



ICHNOGRAPHIA ET EIVS EXPLICATIO

A Ianua Orientalis. C. Oc-  
culos rectos cōcurrentes,  
ut Cœnaculū hybernū siue hypo-  
cūs angulo post fornacē paruū  
rium spagyricum esset, in quo tñ  
proptius ad manus isthīcoperi  
per in maius illud descendendū  
lem rotans, qui aquas hinc inde-  
tur. D. Cœndiculum illud hyber-  
nibus. L. Gradus pro ascensu in  
Coquina. K. Puteus comenitius  
hydraulico, serviens et aquas  
per murū transt. cutes in singulas  
inferiores distribuēt. P. Gradus



incidentalis. Q. Trāitus 4. ad an-  
gū tñ postea in tres redunt sunt,  
caustum D. ampliaretur, atq; in  
quoddam et secretum laborato-  
riū; quin; distinctum erant furni, q  
Pyronomico inserviebat, ne sem  
foret B. Fons aquarū volubilis  
cum lubuit, in sublimē elculabā  
num. E; F. G. Camere pro hospi-  
superiorē contiguationem. H.  
40. ulnas profundas, artificio  
per siphones hinc inde vesculēt.  
Cameras tam superiores quam  
pro descensu in laboratoriū. Chro-  
micum T. Bibliotheca. VV. Globus magnus Orchalcus num. exhibitus V. Quatuor Metris pro Studio sis. 4. Camini tamē labor-  
atorio inferiori ascendentes, quam in quatuor angulis conclave Y. Lecti in iisdem conclavebus, hinc inde dispositi. Ceteri  
actus inspectio propria intentione facile discernet. In intelligenda autem sunt hec omnia in ea quantitate, veluti fundamento ma-  
joris domus supra depicta quadrate poterunt: Li. et hic coactationis loci grā i. l. in duobus quasi minori forma exhibeantur.

**EXPLICATIO PARTIVM MAIORIS ET PRAECIPVAE DOMVS.**

**D**icitur eius primū fundamentalē lapidem, Serenissimi & Potentissimi Galliarum Regis in Daniā plurimis Annis Legatus Magnificus Dominus CAROLVS DANZÆVS, vir integritate, Virute & rerum tuis nulli secundus, & Doctrinis insuper liberalib[us] praeclare imbutus: qui cum me singulari & constanti amore, quam diu vixit (obijt enim ante Octennium exatis anno Octuagesimo primo) prosecutus fuerit, mihi & meis rebus plurimum semper favebat. Et simul ac domum h[ac] construēdam intellexit, se primum lapidem angularem isth[ic]e collocatum sponte addixit. Moxq[ue] in Porphyrio quodam lato verba sequentia excidi curavit.

**REGNANTE IN DANIA FRIDERICO II.**

CAROLVS DANZÆVS AQYTANVS, R. G. I. D. L.  
DOM VI HVIC, PHILOSOPHIAE INPRIMISQ[UE]  
ASTRORVM CONTEMPLATIONI REGIS DE-  
CRETO A NOBILI VIRO TYCHONE  
BRAHE DE KVNDSTRVP EXTRVCTA  
VOTIVVM HVNC LAPIDEM MEMORIA  
ET FELICIS AVSPICII ERGO P.

ANNO 1576. 10. LXXVI. VI. ID. AVG VSTI.

Cum vero dies is, fundationi destinatus, instarer, accessit optimus ille Danæsus, comitatus aliquos Nobilib[us], viris, cum quoq[ue] quibusdam doctis ex amicis cōnibus, qui huic actui interessent, & die octavo Augusti manu ex oriente Sole una cū lupo, iuxta cor, Lumen occiduum cardinale in se occupante, in omnium nostrum præsentia lapide eundem locavit, litando prius soleranter vinis diversis, & fausta quæq[ue] precando, suffragantib[us] hs, qui circum stabant amicis. Constitutus autem est hic lapis in agulo domus orientali versus Notapelothen, velut in appositâ figurazione iuxta literam P. exprimitur. Postmodum tota domus exstruci coepit, & successivis annis aboluta est, ut nō paucæ aut leves interea obrepserint difficultates & remoræ, de quib[us] tamen nō attinet dicere. Explicatio vero Orthographie eiusdem domus hic assignata ita se habet: A. Ianua Orientalis ex Ionico & Dorico opere cōposita. B. Coenaculum hybernū. C. Lapis ille, cuius memini, fundamētalis, quæ posuit dictus Legatus Gallicus. G. & H. Fenestrae cellæ subterraneæ. C. Camera pro hospitib[us]. Suntq[ue] versus occalum duæ similes. M. Museum cum bibliotheca. I. Laboratorium chymicum subterraneum & rotundum, cōcīnens 16. Varias fornaces Arti Spagyri cæ destinatas. L. Foramen per quod demittuntur carbones pro laborib[us]. Pyrothomæcis. Z. Cellæ subterraneæ pro reponendis lighis. q. Coquina. D. Camera vocata rubea, & Camera flava octogonalis. E. Camera Cerulea. His trib[us] respondet verius occalum Coenaculum maius vestivum viridiri colore, & in Tabulato herbarum præciuarum picturis exornatum, unde Navium, vestivo præsertim tempore præternavigantium ingens numerus iuscundè prospicitur. X. Fenestrae superioris contignationis. O. Observatorium maius Meridionale, aliquot insignes & maiores machinas Astronomicas continens, præsertim Semicirculum Azimuthalem, Regulas Ptolemaicas, Sextantem Orichalcicu[m] pro Altitudinib[us] capiendis. Quadrantem Orichalcicu[m] mediocrem Azimuthalem, que suo loco superius & representata, & exposita sunt, nimis numero 8. 9. 4. 3. retinendo videb[us] eundem ordinem, quo hic recententur Instrumenta. Quod & in sequentib[us] (ubi opus) intelligendū. P. Globus quidam cui imponitur Instrumentum inter observandum distantias Stellarum, ut fulcri loco sit, quo in eo ad omnes plágas convolvi possit, qualis etiam depingitur superius apud Sextantem, num. 16. Hunc similius verius occasum responderet. Q. Ambitus Octogonalis, in quo situs est Globus predictus. N. Observatorium minus Meridionale Armillas Äquatorias capiens undiquaque Orichalcicas numeris, indicatas. VV. Descensus in laboratorium & ascensus in Observatorium. R. Observatorium minus Septentrionale, aliquot etiam magnis Instrumentis refectum, utpote Regulis sive Parallatico maiore Orichalcico, quod in muri circumferentiâ Azimutha etiam monstraret numer. 10. explanato. Erat quoq[ue] in eadem Turri Sextans per unicum Observatorem distantias præbens: & Arcus ille bipartitus, atq[ue] illud Instrumentum cuius in observanda novâ stellâ olim usus erat: quæ tria anteā numeris 17. & 15. exponuntur. Conservabatur et ibidem Parallaticum quoddam lignéum a magno illo Copernico quoddam in uero habitu & mihi VVarmiādono missum: Cuius suo loco mentionem feci. S. Observatorium minus Septentrionale, alias Armilles Äquatorias cōtinens numer. 12. delineatas. T. Alius Globus similis priori fulcri loco imponendis Sextantib[us] iuxtes, cui et verius occalum similis responderet. In loco autem superiori ipsius domus, ubi fenestra rotundæ viluntur, octona cubicula sunt p[ro] Studiosis. Suprema Camera Octogonalis proxime infra cuspidem domus, ex qua undiq[ue] patet p[ro]spectus hahens in circuitu ambitum, quem Galleria vocant supra ipsum rectum, y. Structure Octogonales, in quib[us] imagines excise. 4. Annis partes referentes, cōspic. iunctur, b. Septem Camini in unu desinentes verius austrii, & alii leptè versus Boream, ita ut omnes Camini totius domus in duob[us] locis distinctim concurrant. N. Horologium, cuius cappa[n]as superius penderet. A. Pegasus auratus, qui versatili indice, infra tabulariū supremæ Camerae ostendit, vnde venti spiriti, ibi p[ro] aliis index in eodem cento volubilis horas monstrat. Tali est exterior facies domus, si veab[us] Oriente sive ab Occasu spectetur, & si Meridionalem partem quis cum Septentrionali conferat, eandem et inveniet formam, ita ut omnia sibi invicem corraspondant, & cōpetente Symmetriâ cōstante, prout in Architectonicis, si artificiose et debito modo conficienda sunt, requiritur. Quin & subterranea, quæ p[ro]statis lineolis inferius conspicuntur, sic sunt accipienda: Intra Turrim Australē quicquid cernitur, laboratoriū Pyronomicū, quoad fieri potuit, exprimit; ubi 1. Mensa est retunda in eius meditullio sita: in qua reponantur ea, quæ præparanda sunt. Numerus 2, furnos varij generis circumcircâ dispositos utcunq[ue] repræsentant. Erantq[ue] num. 36. Tria balnea diversimoda Vnus digestorius in cinerib[us], quatuor magni athanores, duo parvi, duo furni desallatoriū in ærenâ vel cinerib[us]. Vnus pro vesicâ magna, duplicitib[us], canalib[us], adaptata. Alius secretus furnus cum lampadib[us]. Duo reverberatorū furni, quorum unus in directum, alter per lineâ Helicam tam aperte quam clausæ reverberabat. Eratq[ue] maior fornacum pars e lapidib[us], scilicet ibi s. ibi d. è Norvagia allatis, quas Bergenies vocant: siquidem hi ignem fortissimum sustineant, & affabre elaporati queant. Sed singula quæ in hoc erat laboratorio, si exponenda foret, nō paucis absolverentur. Quæ infra ipsam majorē domum designata sunt, Cellæ, repositoria, & penu, indicans subterranea. Vbi ianue per quas hinc inde fit ingressus numer. 3. Columnæ autem sustentaculi loco dispositæ numer. 4. notantur. Sub Bore ali Turri iuxta numer. 5. Puteus ille Cementarius cernitur, 40 ulnas profundus: cuius postea in Ichnographia ulterior sit mensura Numero 6. C. ita sunt Cementitiae, in quibus edilia quedam conterebantur. Cetera partim figura exprimit, partim subintelligenda veniunt.